UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqva monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 84.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64160

Visual Library

nienſis ab Vrſione & Bertefredo ab exercitu internecione perſequitur: ſed Brunichilde intercedente liberatur. præſidiumq; eius *i* à ſupraſcriptis talatus eſt.

i al. ſupra ſcripto ſcalatus eſt.

Capute 84.

FVIT illo tempore recluſus Hoſpitius apud Nicenſem vrbem, qui conſtrictus catenis ad purum corpus ferreis, deſuper Cilicio. Nihil aliud quàm purum panem & paucos dactylos comedebat; in quadrageſima radices herbarum. Qui dum conuerſaretur in corpore; multæ virtutes, præſtante Domiono per eundem oſtenſæ ſunt.

Chilpericus Deſiderium Ducem ad peruadendum Petrocorecum & Agennum cum exercitu dirigit. Qui fugato Ragnoaldo Duce has ciuitates peruaſit, eiusq; vxorem cunctis rebus expoliauit.

Baudaſtis Dux in Vaſconia obijt, maximam partem exercitus ſui amiſit. Anno igitur VII. Childeberti regis, qui erat Chilperici & Guntramni XX. Stella *k* comata apparuit, in die ſancto Paſchæ.

Apud Sexionas ciuitatem cœlum ardere viſum eſt. In Pariſiaco *m* vero ſanguis denuo fluxit & ſuper veſtimenta multorum hominum cecidit. Valetudines variæ & mortalitas magna eo anno impleta fuit. Igitur legati Chilperici *n* Anoſaldus & Domichiſtus qui ad conſpiciendam dotem in Hiſpaniam miſſi ſunt, regreſſi his dieb9. Leopildus rex contra Ermenchildum filium ſuum * reſi in exercitu reſidebat, tunc filium interfecit, eiuſque vxorem à Græcis liberare non potuit, ſed vſq; in mortem ibi permanſit.

k al. cometes.
l al. Sexionas. lege Sueſsionas.
m lege vico ap Aimoin. in Pariſiaco pag.
n Anſoaldus & Domighiſilus.

Caput 85.

EO anno Rodinus dux moritur, vir eleemoſynarũ, & bonitate leniſſimus, iuſtus in cunctis, pijſſimus in pauperes. Qui dum quadam vice, vt conſueuerat mortuum ſepelire præceperat ad quoddam monu-